

Band IV., Nr. 1042, Seite 96-98

Konrad von Krautheim verkauft seinem Bruder Wolfrad seine Eigengüter und Lehen, Einkünfte und Dienstleute an genannten Orten mit gewissen Ausnahmen unter hinzugefügten näheren Bestimmungen.

Bad Mergentheim, 1245. Mai 17.

In nomine domini. Amen. Cvnradus de Cruthain universis, ad quos presens pagina pervenerit, salutem in auctore salutis. Novercari solent a memoria hominum gesta, cum sint caduca, nisi scripti testimonio perhennentur. Noscant igitur presentes ac posterum, quod ego de consensu legitime coniugis et heredum Wlvrado fratri meo proprietates meas cum feudis et hominibus ea conditione qua michi deservierunt, exceptis tamen quibusdam hominibus, quos apud patruum meum de Clinginvels mercatus fui, et aliis, quos michi nominatim reservare decrevero, in villis subscribendis precio dedi comparandas. Sunt autem hec villarum nomina et reddituum scripta videlicet: in Svnldorf¹ et Eberstal et Altdorf quicquid meis deputatum fuit usibus, in Marlohin pari modo, absque piscium captura. In Clepshain curiam cum suis attinentibus huic emptioni assignavi; vineas tamen et piscium capturam cum pratis sitis inter Cruthain et Clepshain predictum abbatisse totique conventui in Hobac ab hac emptione excipiens, ut eorum in perpetuum libere et sine omni exactione fruantur, donavi. Item in Pichintal curiam cum suis proventibus et vineam in eadem villa sitam, in Murrenbrvnen² etiam quicquid habere dicebar, in Ballenbvrrch quoque curiam cum ceteris ibidem meis redditibus, in Witegestat³ similiter et Wellendorf⁴ omnia mihi attinentia fratri meo predicto distraxi. Item decimam in Cimbrin⁵ et villis adiacentibus michi a domino episcopo Erbpolensi infeodatum taliter predictis adiunxi, ut michi et mee coniugi, dum vitam duxerimus^a presentem, deserviat, post obitum vero utriusque nostrum suis usibus cum ceteris deputetur. Est autem hec emptionis forma, ut quicquid de proprietatibus prelibatis talentum denariorum Erbpolensium vel estimationem tanti singulis annis solvere fuerit probatum, decem marcis puri argenti et examinati recompensetur, veruntamen de feodorum distractione

^aOriginal irrig: *duxeribus*.

¹Sindeldorf.

²Zu diesem und dem folgenden vorangegangenen abgegangenen Ort vgl. Zeitschrift Württembergisch Franken 8, S. 570.

³Ober- und Unterwittstadt.

⁴Wellendorf, Krautheim, KÜN, W; Vgl. Zeitschrift Württembergisch Franken 8, S. 570.

⁵Vermutlich Dörrenzimmern.

II

que sit recompensatio, Gotfridus de Hohenloch, Crafto frater meus de Bochsperch, Crafto patruus meus de Lara, inter se fideliter^b estimabunt. Preterea precium pro distractione predictorum hiis temporum articulis erit persolvendum. Terminus hic primus est: ad Pentecostes centum marce puri argenti et examinati cum libra Erbipolensi vel duo talenta et dimidium et quinque solidi Hallensium pro singulis marcis michi vel mee coniugi, vel eis, quos in hac pagina nominavero, in certis locis, videlicet Merghinthein in domo fratrum Thevthonicorum aut in cenobio Speciose Vallis⁶ presentabuntur. Summe tamen argenti predicte particula pro centum et quinquaginta et VII talentis Hallensium, que frater meus, emptor predictorum, michi ab antiquo debuit, erit computanda. Residua vero emptioni facte inter nos annumerabitur. Secundus quoque solutionis terminus ad nativitatem Christi, ut quadringenta talenta Hallensium cum suppletione argenti, que debitis predictis superfuit, item michi, vel mee coniugi, vel quibus assignavero, in locis prefatis absque occasione persolvantur. Terminus quoque finalis in redditione a festo beati Martini per anni circulum, ut omnia perfecta emptione absolute reddantur, erit adnotandus. Tocius itaque eris promissi persolutio, ne aliquo mediante in terminis prefixis posset cassari, proborum virorum fidei sacramento, quorum nomina subsequuntur, fuit hoc modo confirmata, ut in singulis reddendi terminis, si minus promissa serventur, Hallis veniant et ibidem morantes, nisi mea vel coniugis mee vel abbatis Speciose Vallis vel gardiani Minorum fratrum meive confessoris eiusdem civitatis vel Marcholfi de Dierbach⁷ scultetive et civis alterius quem sibi adiunxerit etiam in Hallis de licencia, quibus et receptionem prefate pecunie assignavi, non recedant. Sunt autem hec eorum nomina, qui fidem porrexerunt: Ramungus de Ashvsin, Hermannus, Engelhardus, Symunt de Berlichingen, Lvdwicus de Syndoltshein, A[l]bertus dictus Wlpes de Cruthain, Reinhardus, Cvnradus frater suus, dictus Cholvener^c de Bilverchan⁸, quorum promisso et frater meus Wlfradus sepedictus intererit, nisi ego vel receptores prefati pecunie cum voluntate fideiussorum pro disponenda re necessaria eum absentari permittamus. Porro si fideiussores predicti fidem pactam irritare voluerint, Gotefridus de Hohenloch vel filius eiusdem Albertus, Crafto frater meus de Bochsperch, Crafto de Lara prius nominati civitatem predictam Hallis veniant et, quod illi neglexerunt, observatione firma complebunt. Item si me vel meam coniugem ante terminos pecunie reddende viam universe carnis intrare contigerit, cui loco vel quibus personis dari

^bHier ist im Original aus Versehen *inter se* wiederholt.

^cDer Name ist korrigiert und dadurch nicht mehr sicher zu entziffern.

⁶Kloster Schöntal.

⁷Herrentierbach.

⁸Pülfringen.

III

debeat non assignato, receptores prenominati pecunie, quibus locis quibusve personis decreverint, eandem exhibebunt. Supradictis quoque fideiussoribus emptor prenotatus meorum redituum coram viris idoneis promisit, ut ab omnibus casibus, qui possint emergi, dampnosa eos prorsus reddat indempnes. Ceterum, ne qua possit oriri calumpnia super hac emptione et pecunie persolucione, presentem paginam sigillis Gotfridi de Hohenloch, Craftonis fratris mei de Bochspersch, sculteti in Hallis, duxi roborandam.

 Facta est hec emptio Merghindhein, anno incarnationis domini millesimo CC^o. XL^o. V^o., sexto decimo kalendas Iunii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Von den vier ehemals anhängenden Siegeln ist noch ein Bruchstück des, wie es scheint, dreieckigen ersten Wachsiegels vorhanden, welches einen Teil eines links gekehrten Leoparden mit herabhängendem Schwanz und den Schluss der Umschrift: HE . . OCH zeigt; sonst sind nur noch die Pergamentstreifen, an welchen die Siegel hingen, an der Urkunde befestigt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

GL 5 Schubl. XXIX Nr. 2

Überlieferung und Textkritik:

Original. War zuerst im fürstlich Hohenlohischen Hausarchiv in Oehringen. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 118, S. 201.

Editionen:

Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 2, Codex Diplomaticus, S. 50, Nr. 30.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Bad Mergentheim

Aussteller:

Konrad; von Krautheim

Ortsindex:

Altdorf Wohnplatz (2643)
 Altdorf, Schöntal, KÜN
 Aschhausen Wohnplatz (2644)
 Aschhausen, Schöntal, KÜN
 Bad Mergentheim Wohnplatz (3643)
 Bad Mergentheim, TBB
 Ballenberg Wohnplatz (6206)
 Ballenberg, Ravenstein, MOS
 Berlichingen Wohnplatz (2645)
 Berlichingen, Schöntal, KÜN
 Boxberg Wohnplatz (3669)
 Boxberg, TBB
 Dörrenzimmern Wohnplatz (2403)
 Dörrenzimmern, Ingelfingen, KÜN
 Eberstal Wohnplatz (2404)
 Eberstal, Ingelfingen, KÜN
 Herrentierbach Wohnplatz (2720)
 Herrentierbach, Blaufelden, SHA
 Hohebach Wohnplatz (2371)
 Hohebach, Dörzbach, KÜN
 Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W
 Klepsau Wohnplatz (2419)
 Klepsau, Krautheim, KÜN
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Krautheim Wohnplatz (2421)
 Krautheim, KÜN
 Lohr (Burg) Wüstung (22106)
 Lohr (Burg),
Crailsheim, SHA, W
 Lohr Wohnplatz (2838)
 Lohr, Crails-
heim, SHA
 Marlach Wohnplatz (2653)
 Marlach, Schöntal,
KÜN
 Mutzenbrunn Wüstung (21939)
 Mutzenbrunn, Kraut-
heim, KÜN, W
 Oberwittstadt Wohnplatz (6214)
 Oberwitt-
stadt, Ravenstein, MOS
 Pichintal Wüstung (21942)
 Pichintal,
Krautheim, KÜN, W
 Pülfringen Wohnplatz (3800)
 Pülfrin-
gen, Königheim, TBB
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Sindeldorf Wohnplatz (2659)
 Sindel-
dorf, Schöntal, KÜN
 Sindolsheim Wohnplatz (6164)
 Sin-
dolsheim, Rosenberg, MOS
 Unterwittstadt Wohnplatz (6217)
 Unterwittstadt, Ravenstein, MOS
 Wellendorf Wüstung (21944)
 Wellendorf, Krautheim, KÜN, W
 Würzburg, WÜ